BIBLIOTHÈQUE
STE. GENEVIÈVE

RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XVe-XVIE S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS

Rés.
Z
740

Ex Bibliothecâ
quam 16000 Voll. conſtantem
huic Abbatiæ S Genoveſæ Pariſ.
Teſtamento legavit Car Maurit.
LE TELLIER Archiep. Remenſis.
Obiit anno 1710.

La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau Monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Plannck, à Rome en 1493, laquelle a également imprimé la 1re édition mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Plannck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques, Luis de Santangel.

C'est le n° 4 de ma Bibliographie Américaine Valentiniennes

Henry Harrisse

3 Juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6

puis pièces 1 à 30.

P. 1 - Daté de 1522.
2. - id -
3. circa 1522
4 - -
5 - -
6 Daté de 1522

} Ces six premières pièces forment les fts. 1 à 27 du vol. et sont toutes des XVI'e.

—

Pièces incunables : n° 1 (6) Dauvon 463 - Pellechet 4090
2 (7) - 416 - 3230
3 (8) - omis - omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 - 5060 et un 4e ex.
OE XV. 351 f. 12).
4 (9) Dauvon 718 - 3862
5 (10) - 465
6 (11) - 675
7 (12) - omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 f. 27 667 - 1686)
8 (13) Dauvon 710
9 (14) - omis - omis
(cf. OE XV. 351 f. 22 671 - 5019)
9* (15) - omis -
(cf. OE XV. 351 f. 23 669
9** (16) - omis
(cf. OE XV. 351 f. 28 673
10 (17) - 663
11 (18) - 665
12-13 (19) - 674 Pellechet 2048
14 (20) - omis
(cf. OE XV. 351 f. 29 712
15 (21) - 461 Pellechet 4816
16 (22) - 588 - 4433
17 (23) - 590 - 2836
18 (24) - omis mais sous le n°
832 Dauvon cite l'ex. [351] qui n'existe pas ds. cet autre recueil : il y a sans doute une erre
19 (25) - 534
20 (26) - 792
21 (27) - 419 coté à tort [351] ?

T. S. V. P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

x ~~x 511~~

(XY) E 740

n.° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb.

n° 38

Io. MARIAE
Archiepi Sipont.
De Christi Passione
Oratio.

Ad Adrianum VI.
Pont. Opt. Max.
Ac Sacrosan. Senatū.
Habita
. M . D . XXIII.
. III. NON. APR.

34

BIBLIOTHEQUE
SAINTE
GENEVIEVE

Io. Maria Episcopus Papien.

Digniss. Patri / ac Domino. V. De Enckenuoirt Electo Dertusiensi. Datario Apostolico. S. P. D.

TSI Cogitaui q̃ magnum / vel doctissimi viri existimarint / dare aliquid in manus hominũ. Victus tamen amicorum præcibus (quos ego magni semper feci / quorumq; desiderio nequaq̃ subscribere turpe admodũ duxi) Orationẽ a me habitã de Christi Reparatoris nostri passione ædendã censui curauiq;. Eam autem nõ idcirco tuo amplo nomini dicaui: q; aut probari abste lucubratiuncul as meas / aut saltem tibi / alias occupatissimo lectitandi ocium superesse putarem: Sed vt benignam tuam in me voluntatem / itemq; singulare meum erga te studiũ / priuato non solum officio: verum etiam publico / ac perpetuo quodam monumento testarer. Vale & me (vt facis) ama.

QVIS Dabit capiti meo aquam/& oculis meis fontem lachrymarum? Quis dabit pectori suspiria? Gutturi singultus? Ori męstissimam vocem ad vim acerbissimi doloris exprimendam. Cō ditor cęli rerūq; omnium opifex a vilissimis comprehē ditur seruis/In Ius rapitur/Accusatur/Damnatur sentē tiis iudicium impurissimorū. Denudatur in cętu popu li/Deligatur/Virgis cęditur/Laceratur/In crucem agi tur/Extremo sūmoq; supplicio seruituti sa fficitur. Q d. si nigrescunt sydera/Si inuadunt orbem tenebræ. Si mo uetur tellus. Si scinduntur saxa. Si omnia deniq; uel mu ta/atq; inanima/cędem tam impiam/tam atrocem/tam nefariā indignantur/deflentq; sui creatoris casum, Ego miserrimus mortalis/qui necis causa fui/crudelissima te terrimaq; supplicia recēsens/non gemitus vehementissi mos emittam? Non in singula verba singuli singultus ir rumpent/singulaq; suspiria? Tristamur vel minimis ami corum incōmodis: tot tantisq; parentis nostri cruciati bus nō cōmouebimur? Lugemus propinqui mortem: in dei ac seruatoris ĩteritu lachrymas tenebimus? Quis igitur quis dabit capiti meo aquam/& oculis meis fontē lachrymarum? Nempe tu ipsa dabis pia castaq; superni regni regina Virgo. Quæ licet merens/afflicta/sordi data in squallore iaceas/& tuo satis occupata dolore, sitq; prope scęlus in tā graui atq; acerbo luctu tibi quēpiam obstrepere: summam tamen illā decet pietatē/quā semp complexa es filium, te eius ipsius Crucem deplorāti mi

hi presentem/ac propitiam assistere: opemq; fere aliquã diuinam. Cum presertim orem atq; efflagitem/non (vt sæpe alias) ingenii acumen/sed cordis lenitatem. Non di serte dicendi/sed pie deflendi vim. Nõ elegantiũ verbo rum/sed piarum lachrymarum copiam. Nam neq; indu striæ/neq; facundiæ: sed hodiernæ luci debitæ pietatis/ debitiq; męroris laudẽ quæro Quo circa omissis Rhe torum phaleris/omniq; orationis ornatu/ac pompa ne glecta/id maxime agam/vt dolori seruiã. Quod ita de mum euenturum haud dubie spero. Si causaz imprimis amarissime passionis repetere/simulq; immensum in nos dei amorem agnoscere. Deinde eximias/vel inter ipsos cruciatus virtutes admirari. Tũ nostrum in eum ingra tum animum detestari voluerimus. Quæ ego duz trita/ humili/aperta/breuiq; enarratione percurro. Te Diue Adriane precor/benigne(vt soles)ac diligenter attende.

¶ Qui rex primordia/mortaliũ originẽ/& christianæ religionis initia cõscripsere/orbe cõdito/illustratoq; sideribꝰ cęlo/hominẽ a deo formatum/atq; in Orto amęnissimo collocatum. Inde vero(cum diuinum ille imperiũ neglexisset/propterea q; deum sibi: posteris suis/nobis ipsis/vniuersis deniq; mortalibus infensum reddisset) depulsum. Ad labores/erũnas/incõmoda/sudores damnatum. Morti addictum. Sũmo bono priuatum. Pœna demum sempiterna mulctatũ fuisse tradunt. Tanta nihilominus Deũ in humanam prolem charitate/atq; amore flagrasse: vt nullu3 officii/clemẽtiæ/pietatis genus p̃termittendum statuerit. Quo lapsum hominem erigere

Iacentem subleuaret. Amissum recuperaret. Abaliena tum reconciliaret. Exulantẽ/in patriã reuocaret. Ex teterrima deniq; Seruitute, Morte, gnominia/ ad libertatẽ/ ad vitam/ad gratiã/gloriamq; reduceret. Quare cum in infinitã Dei potẽtiã/ac iustitiã/perpetratũ ab homine scælus infinito etiam aliquo piaculo lui oporteret. Idq; muneris a pura Creatura obiri nequaq̃ posset: misisse Deũ ab altissimo Cęlo ad hanc infimam terram/nõ Angelum/nõ Archangelum/non Patriarcham/ õ Prophetam (ego enim sum/ego sum ipse inquit/ delens iniquitates tuas pp me) sed sapiẽtiã suã/ Verbũ æternũ/filiũ vnigenitũ. Qui de castissimo/ Virginis pudicæ sanguine carne sumpta/sub humana diuinaq; natura. Altera. s. ad luendam pœnam. Ad gratiam altera promerendam q̃ aptissima/Noxam/ligni delectatione admissam/ ligni amaritudine submoueret: Genus humanum scælere solueret: ac nos proprio sanguine expiaret.

Hæc est atrocissimę passionis causa/Hinc hodie effusus a Deo cruore/hinc Virge/hinc flagra/hĩc plagæ/hinc hodierna Crux/hinc summi cęteri dolores emanant Hinc etiã tibi Homo parta Salus Quies/Vita/Libertas/vera sempiternaq; fœlicitas, Hinc intercluſũ ẽ ad inferos iter. Hinc ad superna regna aditus patet. Etenim haud satis immenso Dei amori fuerat/ te suæ instar imaginis effinxisse Ratione/sermone/consilio/sapiẽtia/ ętherea mẽte/ cęlesti animo dotasse. In mundum tam pulchrum/tam patentem/tam amplum/tam ornatum edixisse. Rerum omnium terrenarum dominum/ cęlestium participem

effeciſſe. Cęlũ ſtellis/ Volucribus aera/Piſcibus marẽ/ Animãtibus Terras/ad vitam/cultũq; tuum diſtinxiſſe. Per Abrahã/ Moſen/ac cęteros Beatiſſimos Patres tibi ſe ꝓpalaſſe. Ritus, Cerimonias, Supplicationes, piacula res hoſtias tuas nequaq̃ ſpreuiſſe. Dediſſe & tibi legem/ qua maxime cunctis aliis populis antecelleres: qua in dei ac tui ipſius cognitionem deuenires: qua verã bene, pie, caſte, beateq; viuendi rationem tenere poſſes. Haud etiã ſatis extiterat exſiccatis vndis vaſtiſſimi pelagi ab hoſtilibus te gladius eripuiſſe. In deſertiſſima ſolitudine cęleſti cibo pauiſſe. Inuia atq; aſpera loca peragranti expãdiſſe nubẽ in protectionem/& ignẽ vt luceret tibi ꝑ noctẽ. In ſpe veniæ/in ſpe nouæ generationis/ in ſpe ſalutis eternæ/ꝑ Patriarchas, Pontifices, Reges te cõfirmaſſe. Venturum ſe in mundũ prophetaꝝ ꝑconiis prædixiſſe. Veniſſe demũ í haſce tenebroſas terræ caligines. Tuliſſe materni vteri anguſtias. Nõ ꝑſepe/non ꝑputii dolores/non fugam/nõ inediam/nõ algorẽ/nõ ęſtum/nõ diſcipulorꝝ inicitiam/nõ ſacerdotũ calũnias / nõ ſcribaꝝ pertinaciã/ nõ plebis amẽtiam horruiſſe. Neq; etiã ſatis extiterant ſupra triginta ãnos exanclati labores: vt tibi arcana Myſteria/cęleſtes reuelatiões/Oracula ꝓphetaꝝ/Diuinaꝝ reꝝ ſcientiã aperiret. Vt te de regno Dei horis omnibus ac momentis erudiret. Vt cõſiliis, ꝑceptis, exẽplis, miraculis, ab obſcuriſſimis tenebris ad clariſſimã lucem extraheret. Hæc inq̃ cęteraq; infinita in te homo a Deo collata beneficia nõ ſatis eius amori fuerant. Niſi etiã (cũ prius exinaniſſet ſe ipſum forma ſerui accepta ſcũſq; eſſet obe

diés vſq; ad mortē) Corpus ſuū duret percutiētib⁹/ & genas vellentibus/ & faciē nō auerteret ab increpā tibus/& cōſpuentibus in ſe. Niſi hodierna luce im maniſſimis feris dilaniandum ſe præberet. Niſi fune ſtis facibus/cruentis gladiis/infeſtis mucronibus te terrimoꝝ parricidiꝝ obiectaret. Niſi truculentā ſq; uiſſimoꝝ canū rabiē ſacro ſanguine expleret. Niſi e gremio pie genitricis ereptus/chariſſimoꝝq; fratrū cōplexu diuulſus/in vincla & cathenas ab īpuriſſimis lictoribus cōiiceret. Niſi a circūfuſa lateri turba mo leſtiſſimis clamoribus, illuſionibus, probris, pulue re, ſputo, cęno, pugnis impeteret. Niſi barba crini b⁹q; excerptis Coccinea clamyde īdut⁹/ad iniquos/ ac ſcæleratos iudices traheretur. Niſi ex vepribus circūducta capiti corona, ad colūnam deligatus, vir gis cęderetur. Quid item? Niſi oneroſa Cruce mol libus ac delicatis humeris impoſita/feſſum pōdere feſſum greſſu/feſſum verberibus trahens corpus/ad ſupplicium/raperetur: ac tamq; Ouis pro victima du ceretur. Quid vltra? Niſi pedibus manibuſq; Cru ci affixis inter latrones deputaretur. Oſpectaculū nō modo Hominib⁹/ſed etiā Feris/Mōtibus/Syluis/ Vndis/atq; litoribus luctuoſum. In Crucem tollitur cunctoꝝ cruciatuū extinctor. Libertatis vindex ſer uili ſupplicio necatur. Hanccine indignitatē/hancci ne cōuerſionē/hācine cōmutationē tantā/veſtri/Pe tre/ſanctiſſimiq; apoſtoli (vt te Virgo piētiſſima præ teream) ferre vnquā oculi valuerūt? Quē pauloante

decoratum, ouantē, ſtratis vndiq; virentibus Oleaq;
palmaq;q; ramis incedentē/inter fauſtas acclamatio
nes/populareſq; gratulationes exceptū videratis: eū
deinceps vinctū, plenū ſāguinis, & ſudoris/inter ver
bera/& cruciatus morientē/in tanta fęditate ſuppli
cii expirantē cōſpicere potuiſtis? Atq; hoc ipſum ſa
tisne diuino amori fuiſſe dicam? Equidē nō ſatis. Ni
ſi etiā ictu infeſtæ cuſpidis pectore tranſfoſſo/ſangui
nē, &aquā ad tuas Homo ſordes eluendas emitteret.
Niſi viam tibi veræ fęlicitatis/quæ in eius reponit
ſinu/pateſaceret. Niſi deniq; ſaucium amoris gladio
Cor tuo quotidiano aſpectui/tuis ſemp oculis oſten
taret: Æternumq; ſuæ in te Charitatis monumētū re
linqueret. O admiranda charitatis potētia. O vis
inexuperabilis ardētiſſimi amoris. Tu cōmunē oīm
Seruatorē interimis. Tu illas potes vincire manus: q̄
Cœlū/quæ Terras/q̄ Orbē vniuerſum cōſtruxere.
Tu Mari, Vētis, Aſtris, Elemētis, rebus cūctis īpe
rātē/Carnificū arbitrio tradis obnoxiū. Tu regē ip̄z
gloriæ vinctū/mācipatūq; ducis ī triūphū. ¶ V eꝝ:
& nūc reliquas Redēptoris nr̄i (ſi placet) virtutes cō
teplemur. ¶ Sed vnde potiſſimū incipiā? V ñ
ordiar? V ñ initiū ſumam? Admirabor ne inſignem
indiſcipulos humilitatē/perpetuāq; beniuolentiā? q̄
eoꝝ pedes demiſſis in terrā genibus/ac prope humi
iacens lauerit q̄ ægros animi verbis tā humanis/tā
lenibus/tā benignis cōſolatus fuerit? q̄ patri altiſſi
ma oīone cōmēdarit? q̄ ab īſequētib⁹ apparitoribus

defenderit ac ſeruarit? Nũ vero ꝑcipuam in cæleſte nu
men obſeruantiã ac veneratiõnẽ? q̃ tãtæ myſteriũ paſſio
nis a votis/& ꝑcatione/ad nr̃am tñ inſtitutionẽ auſpican
dũ cenſuerit? Nũ eximiã in perditiſſimum Iudã benigni
tatẽ? quẽ nõ modo nunq̃ auerſatus: ſed ꝑditionẽ quoq̃
molientẽ/ad cædem proficiſcentẽ/ſicarios inducentẽ/ iu
gulũ petentẽ / amplexatus / oſculatusq̃ fuerit / ac bene
uolis vocibus cõpellarit. Nũ excelſam ĩ aduerſis rebus
animi magnitudinẽ? q̃ nullo terrore/nullo pauore ꝑcul
ſus properanti lanioꝝ turbæ vltro ſe obtulerit? Nũ Egre
giã ĩ impuros iudices/ſacrilegos teſtes/atq̃ in ipſos etiã
carnifices manſuetudinẽ? quos nullis nõ ſolũ contume
liis, cõuiciis, maledictis laceſſierit: ſed ne iratis q̃dẽ ocu
lis aſpexerit? Nũ inauditã fortitudinem, cõſtantiã, patiẽ
tiã? q̃ inter doloré crepitumq̃ plagarũ/nullã indignã vo
ce/nõ miſerablẽ imploratiõnẽ/nõ execratiõnẽ/nõ cõque
ſtum/nõ gemitũ/nõ vllã deniq̃ lamentatiõnẽ emiſerit?
Nũ vero mutuã in flentes mulieres miſeratiõnẽ? quas ꝑ
dolore lacrhymas integrantes / atq̃ oculos a tanta indi
gnitate ſpectaculi auertẽtes/imminentis excidii/ac ruinę
admonuerit? Nũ ſingularé erga Pudicã/ atq̃ Inuiolatã
Genitr cem pietatẽ? quã Virginem Virgini diſcipulo
cõmendarit? Nũ rurſus in humanũ genus amorẽ? cuius
ſe ſalutẽ ſitire/vel ex ipſa Cruce exclamarit? Nũ deniq̃
ſummã ĩ ipſos tortores Miſericordiã, Lenitatẽ, Clemẽ
tiã? quibus nõ ſolũ nihil aduerſi optarit /pararit̃: ſed ẽt
veniã atq̃ impunitatẽ a Patre exorarit? Hanc certe/hanc
ipſam libet ꝑ cęteris cunctis admirari/ſuſpicere/ celebra

re/magnisq; in cęlū laudibus (ni desit ingeniū) efferre.
Hęc est illa præcipua singulariſq; virtus: quæ nos in hāc
lucē eduxit. Eductos/ac deinceps errore nostro p̄cipita
tos/erexit. Erectos seruauit. Seruatos a diuina rursus vin
dicta vindicauit. Hæc est inquam, illa ipsa virtus: q̄ irā
altissimi/in nostrū rursus reuersurā caput/demulsit ac pla
cauit. Iā. n. arreptis armis steterat pater/acerbā atq; indi
gnā filii necem vltū iturus: Cū p̄sto est Seruatoris nr̄i cle
mētia. Attollit oculos sanguine cōpletos. Videt elatā de
xterā excelsū/fulmina/tela/faces proiecturā. Aperit os pu
gnis cōtusum. Orat enixe his verbis. Pater ignosce illis.
Tā fędo fili/tam in humano scæleri ignoscā? Ignosce/
inquā/quia nesciunt quid faciunt. O clementiā admira
bilē. O vocē sempiterna laude/prædicatione/memoria
decorandā/ac nunq̄ é mortaliū pectoribus euellēdā. Illa
tæ libi iniuriæ vindictā clemētissimus redemptor nō mo
do prohibet: Sed culpā etiā ab offensione auertit. Perpe
tratū in semetipsum facinus/nō modo vt sit impune/ro
gat: sz etiā excusat. Neq; solū ipsius facinoris veniā petit:
Sed ēt cōcedendi rationem addit. At hic plura nō dicā:
Nam & lachrymis ac mœrore impedior/& ad nr̄i ingra
ti animi querelam iam ꝓperat or̄o. Vex quo satis digno
dolore? qua vi vocis? qua verborꝝ acrimonia tam ingratas
X̄pianorꝝ oīum voluntates execrabor? Deus ipse huma
ni generis liberator/in humilitate/ac paupertate potissi
mū christianæ religionis fundamenta iecit: Nos auro/
gēmis/purpura nitentes/ferocia/fastu/superbia tumētes
nihil magis q̄ paupertatem humilitatemq; deludimus.

Dedit nobis insigne Charitatis/& mutuæ beniuolentiæ documentū: Nos perpetuis odiis/inuidia/emulatiõe certamus. Ille laboribus/erumnis/angustiis tantã nobis imperii gloriam reliquit: Nos celeberrimis Ciuitatibus amissis/ocio/qeti/ventri/lasciuiæ/luxui/delitiis/atq; abũdantibus voluptatibus indulgemus. Instituit ille nos testamento suo pacis hæredes: At ipsi opulentissima hęreditate expilata/Bellis tantũ studemus: Bellis delectamur Bella q̃rimus: Bella paramus. Oppetiit ille morté, Cruciat⁹, verbera/vt nos í libertatẽ assereret: Ip̃i vero/ne pauxillũ feramus incõmodi/propinquã seruitutẽ/instãtes cathenas/atq; impendentia vincula despicimus. Patere me hoc loco Põtifex Beatissimę Christianæ Reipublicę calamitatẽ cõquerentẽ/pauloquidẽ loqui liberius/q̃ videatur/vel cõditio tenuissima/ vel authoritas minima mea postulare, Præsertim q; í eo statu res nr̃æ sunt: vt quãuis inuitus/Christianæ tamen necessitatis index esse cogar. Cur.n.nõ affirmem seruitutẽ, carcerẽ, cõpedes, vincula, tormenta verbera, secures, cruciatus exitium, incendiũ, interitum, extrema deniq; omnia (nisi eadem ipsa Seruatoris nostri Clementia presentẽ aliquã ferat opem) christiano populo imminere? Quippe cũ videam immanissimum/potentissimũq; hostem/partim orientis victoriis/partim nr̃a diuturna patientia (ne dicam socordia) adeo vehementer elatum/insolentẽ/insultantẽ: vt nõ cõtentus veteribus Christianor̃ cladibus/ quas quidem animus meminisse horret: nõ recẽti validissimi oppidi expugnatione/qua patefactus ẽ cursus eius equitibus in X̃pianor̃

regna: Munitissimā Ciuitatē (Hem opprimit me dolor atq; exanimat) Orthodoxæ religionis murꝫ, arcem, propugnaculū, terrorem hostiū/fulgur Christiani Imperii/ p̄sidium & spem vltimā nostri nominis momēto tēporis potitus/cōfertissimis legiōibus/ instructissima classe/incredibili militū manu/innumerabilibus copiis/ Iam iā Italiæ/& vtinā nō huic vrbi/infesta signa inferre: Oraſq; nr̄as/ Terra mariq; īuadere, diripere, deuastare, incēdere, fixū ac destinatū in animo habeat. Atq; hæc cū ita sint: Nos tn̄ miseri (adeo occęcat animos fortuna/ vbi vim suā ingruentē refringi nō vult) ,p angustissimis regnorꝫ nostrorꝫ finibus dimicamus. In nos ipsos supra omnem ferarꝫ sęuimus morē. Vrgētia pericula/quantis nunq̄ fuit ab ānis mille/& qngentis in hunc diē Xp̄iana plebs circumuēta cōtēnimus. Sūma nr̄a ignauia/atq; īsito torpor̄ minime cessam⁹. Sōno deniq; altissimo p̄ssi, sopiti, sepultiq; iacemus. Neq; vero tāta mali moles/ nec tot vndiq; fluētes clades nos excitāt. Nō principū nr̄orꝫ discordia. Nō bellorꝫ flāma diuturna. Nō pestilētiæ strages vrentis simul vrbē/atq; orbem/ac iam portēto similis. Nō solitudo ciuitatis cęterarꝫ Reginæ. Nō vastationes ,puinciarꝫ. Nō populatiōes agrorꝫ. Nō extenuatio nr̄arꝫ virtū. Nō cōculcatio iustitię. Nō oppræssio libertatis. Nō deprauatio morꝫ. Nō pristini splendoris amissio. Nō cōtēptus religionis. Nō Ecclesiasticæ dignitatis despectus. Nō adolescentes hereticorum sectæ. Nō publicarꝫ rerꝫ rapinæ. Nō effrenata regnandi libido. Nō dēpdandi licētia. Nō sacerdotiorꝫ occupatio. Nō diruta direptaq; tē

pla. Nō ſacra polluta. Nō diuina humanaq; omnia vio
lata, vexata, perturbata, euerſa nos mouent/admouét uc/
ceu nubes ꝓcellaꝝ futuraꝝ. Magna nimiꝝ ſuperni numi
nis/quæ nunc tenet ſęculum/negligentia. Magna tātoꝝ
in nos meritoꝝ obliuio/mentes nr̄as angustas, obrutas,
īmerſas, oppletaſq; tenebris reddit. Ne videamus aperta:
Ne ſcalas muris admotas. Ne intra mœnia furētē hoſtē.
Ne ſupra caput tenui pēdentē filo gladiū perſpiciamus.
¶ Quare cū certū exploratūq; ſit/oīa ꝓſpere euenire ſe
quentibus Deū/aduerſa ſpernētibus: habeamuſq; ducē/
cuius ductu/atq; auſpicio iuga mōtiū ſuperare/quoſcūq;
hoſtes profligare facile poſſimus, Habeam⁹ & medicū/
qui nr̄is cunctis morbis medicinā ſalutarē afferre queat:
ad eum ipſum confugiamus. Voluentes animo labores,
ſudores/cruciatus/ob noſtrā ſalutē ſuſceptos. Agnoſcen
tes Amorem/Charitatē/clementiā, Contēplantes virtu
tes cęteras ad nr̄am eruditionē oſtenſas, Abiicientes om
nē ingrati animi labem. Demus lachrymas tā acerbę de
bitas paſſioni, Ploremus coram dño/q̄ fecit/ac ſeruauit
nos, Poſcam⁹ veniā, Petamus pacē: quā ille nō abnuet.
Stat pedibus affixis: vt nr̄am quācumq; ſegnitiē præſto
lando vincat. Stat extenſis lacertis: vt ad ſe venientes am
plectatur/atq; ī gratiā recipiat. Stat prono capite: vt oſcu
lo pacis obſide recōciliet. Stat pectore aperto: vt intra ve
ræ beatitudinis domū inducat. Stat patētibus manibus:
vt alterā gr̄am / altera gloriam cumulatiſſime largiatur
Ac tam & ſi nulla in terris lux/ non momentū / nō tēpo
ris punctū Seruatoris noſtri benignitate, liberalitate, cle

mentia ſterile/aut vacuū apparet. Hūc tamen diem acerbiſſimæ paſſionis memoriæ dicatū/cęteris omnibus longe auguſtiorem, auſpiciatorē/magiſq; aptū ad veniā/ac pacem exorādam/haud dubie affirmarim. Proptereaq; bonū, cōmodum, piū nō immerito cenſuerim in exitu oratiōis cū ipm his ꝑcibus obteſtari. ℭ Sūme parēs, cōditor, Seruator humani generis Chriſte. Quē e cęlo ad terras/eterris ad Crucem immēſa miſericordia euocauit ac deduxit. Cuius corpus infinita clementia fuſtibus, flagellis, ludibriis obiecit/verberibus cōfecit/totū deniq; ab imis pedibus/vſq; ad verticē ſūmum lacerauit, confodit, cōtriuit, cōuertitq; in ſanguinē. Nos tua progenies. Nos inquā ipſi per tuā clemētiā ſeruati ad te cōfugim⁹. Te inuocamus. Te imploramus. Spectas ex alto cęlo/q̄ nos agitent ꝓcellæ: quæ obruant Tempeſtates: q fluctus abſorbeant: q̄ magna diſcrimina inuoluant. Vides (vt omittā cętara) Rempublicam a te inſtitutam, ꝓpagatā illuſtratā, nunc prope iam affectā, extinctā, proſtratā hoſtili terrore oppreſſam. Cernis hoſtem crudeliſſimū in tuam fidē/ac religionem armatū/faſces/virgas/ſecures molientē in noſtrū caput/anhelantem/ſitientemq; ſanguinē tui gregis/erectū. ſ. magna ſpe/vt Chriſtianos victos victoreſq; ſimul, feſſos, debilitatos, extenuatos exterminet. A quo periculo prohibe a te redēptam prolē. Fer tu iple opem: qui vitā/ſalutem/ac ſpē dediſti. Remoue bella. Seda Diſcordias. Cōprimē Iras. Mentes Principū fluctuantes cōpone. Sanguis tuus tā copioſe/tā largiter/tā abūdanter in hodiernæ Crucis patibulo effuſus nr̄o

Regū corda demolliat vt ſaluberrimis Beatiſſimi Patris/ac Sapiētiſſimi Pont. cōſiliis obtēperātes/dent iam receptui ſignū. Redeāt in mutuā beniuolētiā/atq; grām Pacē ineāt. Pacē Xp̄iano orbi. Pacē afflictæ reddāt Italiæ. In patētiſſimā opulētiſſimāq; Aſiā (Romani quondā Imperii gloriam) inuictos exercitus / atq; inuicta arma conuertant. Hoſtes tui nominis proſternant. Reſtituāt Reipublicæ tuæ religioſiſſimū illud monumentū: in quo ipſe mundi ſalus/ac vita requieſti. Ad cuius hoſtiū liceat cum Maria/Sanctiſſimiſq; Apoſtolis te ipſū quærere. Liceat complorare. Liceat ingentes delictoꝝ ſarcinas excutere. Sit fas tādem Chriſtiano homini/ſine vitæ diſcrimine/ſine vllo tormentorum mętu / Terrā illam tam ſanctam/tam beatā/quæ te genuit/aluit / aſpicere/oſculari/ac rigare lachrymis/vt tu rigaſti ſanguine. Primus inter Cæſares Adrianus vetuit Chriſtianos affligi. Primus inter Pontifices Adrianus omni non modo cuiuſuis afflictionis terrore Chriſtianos liberet: verꝫ & vniuerſum orbem in tuam fidem/ ac religionem recipiat. Sit ſemper fauſtum, fœlix, fortunatum Chriſtianæ Reipublicæ nomen. Cuius auſpicio ſileant arma. Sileat militū clamor tubaꝝq; ſonꝰ. Euaneſcāt inſaniſſimæ legis deliramēta, nuge, fabulæ, ambages. Ceſſent ſpurciſſimę gentis ebrietates, obſcenitates, libidines. Sit cunctis populis pſuaſum p hodiernā Crucē/ p tuū cruorē/p tuū ſudorē ſe eſſe ſeruatos ac redēptos. Agnoſcāt te verꝫ Deū/ verꝫ Dn̄m/verꝫ humani generis liberatorē. Oīs deniq; terra adoret te/&pſallat tibi/&pſalmū dicat nomini tuo

Nūc te Adriane Pontifex Optime maxime: Cuius po
teitas proxime ad clementissimi Redēptoris nostri nu
men accedit / in tam calamitoso / ac formidoloso tempo
re appello, oro, atq; obtestor. Miserere labentis Rei
publicę, Sucurre ruenti populo, Subueni cōmuni incen
dio, Extingue pernitiosissimā belli flāmam, Constitue
iudicia. Reuoca fidē, Excita iustitiā, Restitue libertatē,
Refoue lapsā bonaꝝ artiū disciplinā. Quæ oīa / vel tēpo
rū / vel (vt verius dicam) hominū iniuria iacere sentis.
Respice deniq; respice super hanc familiam tuam / tantis
cruciatibus reparatam / tanto sanguine expiatam tanto
prætio redemptam / tuæ sapientiæ, potestati fidei diuini
tus cōmissam, atq; creditam. Pro qua Dominus noster
Iesus Christus / istius Celsissime Sedis opifex / tuæq; emi
nentissime dignitatis Author, Institutor Propagator nō
dubitauit manibus tradi nocentium / & Crucis subire
tormentum.

BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE

DIXI